

Odesworthio

Quantoperè de Musis meritis es, humanissime Odesworthi
 To Βασίλειον δῶρον procurasti testatum ipsa fecerunt, cum
 illi εὐχαισικὰ ^{hæc} poemata tantâ styli promptitudine sug-
 gesserunt. Interest enim illius ut scias, triduo postquam
 honorarium a me recepisset, non pauciores verbus illis
 trissimo Carletonio remisisse. hosce autem supra Decembrium
 apud me detentos, fortasse nec intra tertiam hebdomadam
 ad te proferendos. Cæteras autorem pro se loqui satius exis-
 timo, quam ut verbis imparibus beneficii tui molem
 extenuem. Scito, ad me quod attinet, quam libentissime
 passurum, majorem in me debiti partem transcribi. eoque
 solo nomine, si alio non sim, qui dum quam pluribus amico-
 rum tibi omnium devinctissimum haberi velle. Vale
 vit ornatissime et me ama. In tentorio meo ad Grollam
 oppidum in comitatu Zutphania Provincia Gelria, cujus obsi-
 dionem aut molimus, aut jam inchoavimus. 8. Kalendarum
 Sextil. 1627.

C. Hugenius.

Quos mihi de amicorum tuorum
 numero in familiâ Carletonii com-
 mendasti ^{per} occupationes meâs et ma-
 turiorum Principis Decessum, de
 facie novisses non contigit. Hi
 in castris aliquem si respexero,
 faxo nihil a me officii aut huma-
 nitatis frustra speraverint.

Barlaeo
S. P.

Quos ad me Musarum Tuarum mollitissimos cantus, Barlaeo
 Doctissime, inter hæc Belli Tonitrua perferendos curasti, quâ
 potui primâ occasione in Britanniam ablegari. Aditâ eo-
 rum quoque mentione, quos ad Carletonium tantâ styli
 promptitudine perlusisti; quæ res ut mihi summa admira-
 tionis fuit, ita eos præcipue latere non debuit, qui vel
 inde percepturi sunt, quantoperè sibi tecum omnem unâ
 Parnassum obtinuerint. De Typographo quod excusas, nihil
 tanti est ut respondere prætinuum opera videatur. Amante
 Barlaeo, et hæc nauci missa faciamus. Porro si rem gratissi-
 mam amico præstare vis, rogo ut Clarissimo Bossio me
 commendes. Credo me illi ne quidem nomine tenus inno-
 tuisse, at vix ipse mihi de facie. Tu, si placet amicitiam
 istam connecte, ut cum adveniendi facultas oblata fuerit
 inveniam